

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia ax  
cum fonte primo

Quid prodest

cum Tulio orationem rhetoricis colorum  
stellare syderibus, cum Aristotele ancipiti  
dialetice gladio a ueris falsa distinguere,  
cum Zenone falsitatem probabiliter defendere  
tunicare sophismata, cum Donato  
in accidencium congruencia nectere dictiones,  
cum sapientia nostris temporibus  
nullius fructus premietur stipendiis  
nullius fame eam fauoris aura extollat,  
ipsa uero pecunia, honoris, titulos  
et laudis emat preconia?

Alanus ibidem (libro de conquestione nature).

Quid prodest,

cum Ptolomeo subterfugientis astronomie  
fugas consequi subtilitatis curriculo,  
stellarum prophecias,  
spontaneos inuestigare planetarum errores,  
cum Euclide geometrichorum enigmatum  
secreta peniciora scrutari,  
in profundum maris intellectu descendere,  
celi altitudinem intelligibilibus mensuris  
attingere, cum Milesio musicarum  
proportionum consonantes amicicias inuenire,  
cum Pithagora pugnas numerorum uirtute  
multiplicationis inspicere,

cum Tulio orationem rethoricis colorum  
stellare sideribus, cum Aristotile ancipiti  
dialetice gladio a ueris falsa diuidere,  
cum Zenone falsitatem probabilitate  
tunicare sophistica, cum Donato  
in accidentium congruentia nectere dictiones,  
cum sapientia nostris temporibus  
nullius fructus premietur stipendiis,  
nullius fame eam aura fauoralis extollat,  
ipsa uero pecunia honoris titulos,  
laudis emat preconia?

Alanus de Insulis, *De planctu naturae*, 12  
(N.M. Häring ed., p.856, ll.114-125).